UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. LIX. de Translatione religiosorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62377

Visual Library

incurrunt teſte Emanuele Roderic. *tomo* 1. *Quæſt Reg. q.* 34. *art.* 5. quem etiam
vide *art.* 6. ubi ſcribit quod regularis beneficium habens ſæculare cum diſpen- 13
ſatione abſolvitur ab obedientia ſui Superioris, & ab omnibus & ſolitis obſer-
vantiis, quas non poteſt commodè obſervare cum executione dicti beneficii;
unde nunquam poteſt dimittere habitum nec proprium habere, ſed tantum
adminiſtrationem rerum ſibi creditarum.

Argumenta in Regul. LXVI. INNOCENTII VIII.

1. VT religioſus impetrans fruatur diſpoſitione huius regulæ debet eſſe eiuſdem ordinis.
2. Effectus clauſulæ; audiat talis & Iuſtitiam faciat.
3. Per ſignaturam ſimplicem non cenſetur facta mutatio vel translatio religionis.
4. Hæc Regula an ſit dedandis.

REGULA LXVI.
INNOCENTII VIII.

DE TRANSLATIONE RELIGIOSORUM.

ITem ſi Regularis petat ſibi de beneficio ab aliquo monaſterio, aut alio regulari loco dependente provideri, & apparet ex eiuſmodi petitione quod alterius monaſterii, vel loci religioſus ſit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa venit.

GLOSSEMA ALPHONSI.

I*Sta regula dicit quod ſi unus regularis petat ſibi de aliquo beneficio provideri quod de-
pendet ab alio monaſterio, vel alio regulari loco: & ex narratione apparet quod iſte im-
petrans ſit alterius monaſterij, vel loci religioſus, quod etiamſi non petatur tranſlatio, tamē
venit per ſimplicem ſignaturā h.d.* Et *intelligo iſtam regulam quando impetrans eſt eiuſdē
ordinis, quia alias credo, quod non veniret arg. c. in nova actione* XVI. *q.* VII. *& ca. cum cau-
ſam de ele. & cle* 1. *eo tit. & ad hoc facit in ſimili dec.* CCCLVI. *quæ incipit, item ſi in com-
miſsione impetrata; ubi dicitur quod ſi unus petat cauſſam temporalem committi ſimplici-
ter & de plano, & nihil eſt cancellatum, ſed ſignatura dicat* audiat talis & juſtitiam fa- 2
ciat, *quod per iſtam ſignaturam non poteſt ipſe procedere ſimpliciter, & de plano: quia de*
comiſsione

commiſſione ſimpliciter & dipl.mo requiritur ſpecialis commiſſio ut dicit glo. in verbo Comittimus in cl. Sæpe de verb. ſig. *ergò requiritur ſpecialis ſignatura, & ſic v e- retur quando unus regularis alterius habitus & profeſſionis, id eſt ordinis, peteret benefici-*
um alterius ordinis &c: quia tunc per ſignaturam ſimplicem non videretur facta muta- 5
tio vel tranſlatio religionis, vel habitus, etiamſi in corpore peteretur per prædicta iura: & ſic audio quod practicat Cancellaria: *Camera tamen etiamſi eſſet frater de obſervatione S. Francisci per talem ſimplicem ſignaturam daret habitus mutationem, & etiam religionis tranſlationem: & pro hac deciſione ſic intellecta, ut dixi, facit deciſ.* lxxvi. quæ incipit Item ſi petatur committi cauſam, *& dec.* cccli. quæ incipit. Itē ſi committatur cauſa.

Et iſta regula licet concernit etiam expeditionem, ut cancellaria det etiam tranſlationē 4
tamen quia etiam concernit iuſtitiam eſſet danda: ideò ſi Cancellaria omitteret tranſlationem, tamen quia venit per ſimplicem ſignaturam, poteſt illa regula dari & quod loquatur iſta regula de regulari eiuſdē ordinis patet ibi, alterius monaſterij vel loci ſit &c:

COMMENTARIA. JO. A CHOKIER.

Q*Vod non veniret)* Niſi cum expreſſa clauſula translationis, *Rebuff. in praxi tit. de tranſlat monachorum nu.* 18. Cæterùm de translatione Religioſorum, deq; poteſtate tranſeundi in alias religiones in triginta articulos diviſa, vide abundè apud Emanuelem Rodericum *q. Reg. tom. 3. quæſt. 52. per tot.* neque enim ſunt hujus loci.

Argumenta in Reg. LXVII. Innocentij VIII.

1. IN Reſcripto Apoſtolico, ſemper intelliguntur verba Si preces veritate nitantur.
2. Conditio quæ ineſt non facit contractum conditionalem, ſi non exprimatur.
3. Regula non eſt danda.
4. Omnis gratia habet in ſe tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur.
5. Narrativa gratiæ ante omnia eſt verificanda: cum narrativa ſit pars gratiæ.
6. Narrativa non verificata, cenſetur gratia ſubreptitia, nec ex ea conſequitur quis ius in re, nec ad rem.
7. Executores litterarum in forma gratioſa non tenentur verificare narrata pro executione facienda.
8. Impetrans quando parte opponente teneatur verificare gratiam.